11 Associationem spirituales inivit anno 1357 cum domibus Pratoe et Apponiaci. Litense  
Pratoense habet: V. in christo Patribus et amicis charissimis Dno Guillelmo Priori D. Luvig-  
-niaci etc., ut infra describuntur in dicta domo Pratoe. Datum anno 1357 in festo St. Vincentii.

Diploma vero associationis Apponiaci in hac domo repertum est subsequente forma:

In nomine Ste et individuali unitatis. Notum sit presentibus et futuris quod diebus D.  
Poenis quondam Luvigniaci Prioris contracta fuit quodam fraternitas inter domum praedictam  
de Luvignaco et domum Apponay; quae quia aliquanto tempore per quorundam incuriam inter-  
-missa videbatur, nunc demum sub Guillelmo et Bernardo Luvigniaci et Apponay Prioribus refor-  
-mata est in hunc modum. Praeter de Luvignaco pro parte de Apponay clerico vel laico defuncto  
plenarium peragent officium, excepto anniversario et pro alterius quocumque cantantibus cum reverentia.  
Similiter et praeter de Apponiaco fratibus de Luvignaco facient clericis et laicis, et ne  
hujus mutuae fraternitatis conventio a quibus<sup>cuque</sup> personis aliquo tempore evanari contingat,  
placuit utique parti praesentem conventionem praesenti chirographo utriusque sigillis  
roborari et confirmari etc. » ita est.

### Girardus Prior.

11 Hujus Prioris notitiam habuimus ex quodam antiquo libello in quo haec leguntur: Hic  
liber est domus Luvigniaci Ordinis Cantuariensis Diocesis Lingonensis quem seorsum deportavit  
anno Domini 1360 circa octavas Beatorum Petri et Pauli Apostolorum, Dominus Girardus  
olim Prior dictae domus, de voluntate Prioris et conventus dictae domus, et debet remitti  
notariis quem poterit bono modo. » ita est. - M. Mignard le met à l'année  
1360. - Il est probable qu'il venait d'être déposé au chapitre gen. de cette année.

o  
m-

e  
m-

vi  
m-

3  
ten

m  
cto  
ia

gat

Site  
i

Duo  
m-

### Petrus Prior. -

« Domum gubernabat anno 1363, die secundâ februarii. Quem crederem esse S. Petrum, Aymonis de quo etiam hoc legitur in veteri libro Domus Luviniaci in istum librum, accom-  
modavit Prior Montis merulae S. Petri Aymonis qui promittit restituere in proximo capitulo,  
in his verbis satis patet Petrum, Aymonis fuisse Priorem, » ita cat.

### Michael Prior. -

« Repertur in tabulario profuisse annis 1366, 1372, 1377 et 1378 die 14<sup>to</sup> Martii,  
ita cat.

### Joannes Apothecarius Prior. -

« Hujus Prioris obitus denunciatur in charta anni 1381 his verbis: Joannes Apothecarius  
Prior Luviniaci qui habet plenum monachatum, per totum ordinem, sub 4 octobris, anni  
videlicet 1380. In quo beneficio colligitur fuisse prior de Ordine benemeritus, quem ideo alibi  
profuisse existimo. » ita cat.

### Joannes Quinault Prior. -

« Immediate successit Apothecario, nam procerat anno 1380, ex tabulario in quo adhuc  
reperitur ad annum 1388, 6 Julii. Obiit Prior Ligeti ex ch. 1399. Fuit visitator anno  
1383. » ita cat.

### Vionimus De Augusta Prior. -

« Monachus Cartusiae olim Prior Allionis et Petrae Castellae ac visitator provinciarum, Gebennensis  
et Burgundiae, huic Domui praeficitur anno 1392, post Capitulum generale, non constat ex  
chartâ ejusdem anni quod tempore Comitum, morabatur in Domo Petrae Castellae. Anno vero  
sequenti per ch. ad regimen Allionis iterum transfertur factus etiam visitator ut patet in  
quo visitationis munere mortuus est eodem anno 1393, ut ex ch. anni 1394 apparet, in qua  
ejus obitus signatur his verbis: « obiit S. Vionimus De Augusta dudum Prior Luviniaci die  
Dominicae nativitatibus sanctissimae qui habet per totum Ordinem plenum monachatum, propter  
labores quos pertulit Ordinem visitando, ubi etiam infirmitatem dicitur, de qua mortuus est,  
recepisse. » ita cat.

### Theobaldus Prior. -

« Nomen ejus reperitur in tabulario ad annum 1394, unde conjicitur quod successerit  
immediate Vionimo anno 1393. Adhuc etiam gubernabat anno 1395, die vigesima Aprilis. » ita cat.

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

## Natalis Prior. -

« Hic Prior anno 1397 in decembri, videtur autem profuisse usque ad annum, 1399. quo per ch. Priori hujus domus fit *mica* propter corporales et frequentes infirmitates. Professus erat domum Parisiensem, in qua obiit vicarius et denunciatus in ch. 1415. » ita est.

1399 à 1405. - Theobaldus de Besançon Prior. -

« Absoluto Priori per ch. 1399 electio futuri Prioris relicta fuit conventualibus, quorum unanimi consensu eligitur Theobaldus de Besançon, qui mihi videtur esse idem de quo jam supra. De eo in tabulario ad annos 1401. 1403 et 1404. Anno vero 1405 Priori fit *mica*. » ita est.

1405 à 1409. - Guarinus Le Caron Prior. -

« Hujus institutio legitur in ch. 1405, his verbis: Priori Luigniaco fit *mica* et proficiunt ibi in Priorem D. Guarinum, Caronis professum Vallis Viridis. De quo in tabulario ad annos 1406 et 1409, die 11. Martio. Obiit Prior Bellionis et Visitator Burgundie ex ch. 1415. » ita est.

1409 à Theobaldus Le Gary Prior. -

« Idem qui supra (ut arbitrator) ex patria cognominatur de Besançon, professus d. Divisionis und per ch. 1406 ad regimen Salletarum assumptus est et anno 1408 absolutus. Hinc domum proceat anno 1409, die 16. Julii, et iterum domum Salletarum anno 1411. Deinde fuit Rector <sup>ti</sup> Revesti<sup>ti</sup> sive Salletarum, ubi obiit et denunciatus in ch. 1421. » ita est.

à 1412. - Prior. -

« Anno 1412 per ch. Priori Luigniaco fit *mica*, sed quis ille sit, hactenus incompartum manet. » ita est.

1412 à 1421. - Petrus des Bus Prior. -

« Professus hujus domus primum proceat domum Pratece a qua absolutus ibidem remansit usque ad Capitulum gen. anni 1412, per quod Prior Luigniaco instituitur, deinde Fontis B. Marie circa annum 1421 et anno 1422 in Priorem Fontis ad Belnensem transferatur per ch. et triennio post deponitur sive elicit per ch. 1425, de eo infra. » ita est.

à 1422. - Rector. -

« Translato Petrus des Bus ad regimen Fontis B. Marie quidam Rector sufficitur cujus nomen hactenus latuit, cui per ch. anni 1422 facta est *mica*. Cum non constet

3

2

1

2

1

law.

2

1

2

1

utrum S. Petrus de Bus ante vel post Capitulum, generale anni 1421 translatus sit ad domum, Fontis, ita nec certum est an aliquis inter eum, et hunc Rectorem, profuerit

1422 à 1423. — Petrus Clerici Prior. —

Monachus professus Parisiensis Rectori sufficitur per ch. 1422, et anno sequenti ad suam magnam instantiam, absolutus. Huius obitus signatur in ch. 1431, in qua dicitur olim Prior Fratece. — Profatus Prior absolute per ch. 1423 committitur Prioribus Vallis Viridis et Montis S. Ludovici et cuilibet ipsorum, in solidum, ut providerent illi Domui de Priore vel Rectore. Sed forte propter Anglos totam Galliam, armis infestantes, non poterunt Visitatores providere, et hic ut puto Petrus Clerici perseveravit in officio usque ad comitia anni 1424, in quibus iterum, facta est cura Priori Lusiniaci, nisi sit alter qui a Visitatoribus institutus, per ch. fuerit absolutus, sicut est.

1424 à 1429. — Petrus Clopeti Prior. —

Professus et Vicarius Divisionis proficitur Lusiniaco per ch. 1424. Reperitur in tabulario ad annum, 1425, in novembri. Deinde fuit Prior Divisionis electus anno 1429. Huius obitus reperitur in ch. 1430. sicut est.

1429 à 1433. — Petrus des Bus Prior. —

Absolute a Prioratu Belnensi anno 1425, ut diximus supra, institutus est procurator huius S. sue professionis, in quo officio perseveravit usque ad annum, 1429, quo anno S. Petro Clopeti translato ad regimen, Divisionense Rector a Visitatoribus suffectus est, et per ch. anni 1430 in Rector factus est Prior. At triennio post per ch. 1433, obtenta misericordia, in hac domo solitarius remansit, cui per ch. 1434 prohibetur ne vadat ad villas et castella. Denique in cella mortuus denunciatus in ch. anni 1440. sicut est.

1433 à 1434. — Hugo Clientis Prior. —

Monachus professus Divisionis per ch. 1433 Prior designatur. Sed anno 1434 absolute, deinde profuit Domui Bellionis unde ad domum Belnol regendam assumitur per ch. 1440, et inde ad domum Fratece et tandem ad Divisionensem, in qua obiit ut constat ex ch. 1462. sicut est.

1434 à 1435. — Theodoricus Gallois Rector

Hic regimen domus primum solummodo ut procurator committitur per ch. 1434, his verbis. Priori S. Lusiniaci fit cura, et S. Theodorico Gallois committitur regimen

1/1

1/1

Dictae Domus sub nomine procuratoris, cui etiam committimus potestatem, quoad  
spiritualia erga personas dictae Domus etc. . . Postea tamen, usus titulo Rectoris gubernandi  
usque ad sequens Capitulum, anni videlicet 1435, quo remanet simplex procurator, in  
eodem officio mortuus prout legitur in ch. 1438. . . ita cetera.

1435 à 1436. — Henricus Prior. —

« Ab onibus professus tuncque vicarius Divionensis in Priorem, Luigniaci proficiscitur  
per ch. 1435 et absoluitur per ch. 1436. Ipse est qui iterum, erat Vicarius Divionis anno  
1445. Hunc esse arbitror Henricum Astipedis qui in Domo Divionis obiit anno 1453.  
Nullus enim, Henricus nomine reperitur in chartis per annos 50 et amplius qui dica-  
tur professus Divionensis. Fuit etiam, Prior Boni Locii. — ita cetera.

1436 à Petrus Acquinus Prior. —

« Professus quoque Divionis sufficitur Henrico per ch. 1436. Anno vero 1439 jam abdicaverat,  
nam per ch. eisdem Divionis mittitur ad domum, Bellionis procuratoris officio ibidem functurus,  
hinc de Priorem, egit in domibus Divionis, Vallis<sup>th</sup> georgii, Apponiacy, Fontis B. de urice, Semigne  
obiit in solitudine anno 1483 die 5<sup>a</sup> Decembris, olim etiam, Prior Cornaci ex ch. 1484. . . ita cetera.

à 1442. — Joannes Mutini Prior. —

« Hic est Prior anno 1439. Sed cum non prodesset, Capitulum generale anni 1441, com-  
-mittit Priori Divionis visitatori quatenus super eum, de personâ magis idoneâ eidem, do-  
-mum habeat providere. Hic officio tamen perseveravit, nam reperitur adhuc profuisse anno  
1441, 28 Decembris. Sed per ch. 1442 fit ei mîra, et reversus in domum, Divionensem, suae  
professionis ibidem privatus decessit ex ch. 1449. — ita cetera.

1442 à 1445. — Desiderius de Gremonville Prior. —

« Vulgo dictus Gerardi, professus et procurator Divionis, Prior Luigniaci eligitur per ch.  
1442. De eo fit mentio in tabulis Domus ad annos 1443, 1444 et 1445, et iterum infra visitant.

1445 Guillelmus Hume (Hue) Prior. —

« Hic Desiderio subrogatur per ch. 1445 in quâ sic lego: Prior Luigniaci fit mîra, et profici-  
-mus in Priorem, dictor D. S. Guillelmus, Hume monachum professus, Domus Parci. Et committitur  
Priori Vallis rindis visitatori, ut super impignoratione ac alienatione librorum, dictae Domus  
se diligenter informet cum Priore absoluto, et taliter faciat quod dicti libri recuperentur etc.

« Videtur tamen, Guillelmus vel non accessisse vel statim recessisse, nam ejus antecessor

at

at

:

a

at

proceat eodem anno 1445 et sequentibus. Anno 1446 adhuc morabatur in domo Paris, unde per ch. missus fuit ad domum Nannetorum. Hinc obitus signatur in ch. 1476, nulla facta mentione prioratus. Fuit etiam Prior Ligeti, » ita cetera -

1449. — Desiderius de Cremonilla Prior. —

De eo in tabulis ad annos 1445, 1446, 1447, et 1449, quo ultimo anno per ch. absolutus a Luvignaco, Valli S<sup>te</sup> Georgii proficitur, et inde domum Portanum per ch. 1451 et Valli S<sup>te</sup> Theonis 1452. Postea vicarius Pratomolis ac Fandem, Prior Divisionis usque ad annum 1473, quo obiit — Ejunii ex ch. 1474. — » ita cetera.

1449 & 1452. — Ludovicus Gracetii Prior. —

In tabulis domus diverse cognominatur Garoti, De Grasset, Castell sed forsitan corrupte. Professus erat S<sup>te</sup> Divisionis. In Priora Vallis S<sup>te</sup> Georgii factus est Prior Luvignaci per ch. 1449. Reperitur in tabulis ad 26 februarii ejusdem anni qui erat 1450 juxta morem hodiernum. Hinc Prior per ch. 1451 proecipitur, attentâ paupertate domus sue, quatenus debitorum in quo R<sup>on</sup> S. hinc epus Lingonensis fuit condemnatus in parlamento Parisiensi, ex integro exigat absque eo quod de dicto debito, dicto Domino hinc epus aliquid remittat, attento quod villa de Mussiaco super quam, dictum debitum, debetur ex ordinatione Dominorum Parlamenti regi est ad manus regiam. Et hoc dicto Priori series e iungimus sub p<sup>re</sup>sentia suspensio- nis ab officio Prioratus. Anno 1452 ex hac domo transfertur per ch. ad regimem S<sup>te</sup> Allionis, et inde per ch. 1453 restituitur domui Vallis S<sup>te</sup> Georgii. Postea intrusus in Prioratum Divisionensem, miser perit, » ita cetera.


1452 à 1457. — Joannes Danielis Prior. —

Professus Parisiensis in locum Ludovici substituitur per ch. 1452, et quinque annis post ad clauum Vallis S<sup>te</sup> Georgii transfertur per ch. 1457, et ad Bassovillensem per ch. 1460, ubi obiit undecima Septembris anno 1464 ex ch. 1465. Olim etiam Prior Parisiensis.

Anno 1454 Guido Beron ad hinc epus Lingonensis ad instantiam prefate Prioris fundatio- nem hujus domus confirmavit datis literis in quibus inseritur charta Galteri anni 1177, » ita cetera.

1457 ad Joannes Pielli Prior. —

Alia dictus Piell, professus Vallis Viidis, deinde Prior Fontis S. Marise et Vallis Sei, unde per ch. ad regimem hujus domus transfertur anno 1457. — Sub hujus regimine erant contin- gentes tres monachi et unus novitius cum Priore. Nominatur in tabulis ad annos 1459 et 1460.



Profuit postea Domini Ligeti, a qua absolutus, in domo huius professionis obiit anno 1482 die  
 20 julii ex ch. anni 1483. Anno 1462 in octobri facta est visitatio huius domus sub Joanne  
 Priore, quem crederem esse Joannem Pielli, qui circa annum 1463 profectus est Domini Ligeti  
 a 1464. - Rector. -

« Translato D. Joanne Pielli ad Prioratum D. Ligeti a visitatoribus quidam Rector insti-  
 -tutus est, qui per ch. 1464 absolutus, in hac domo procurator remansit. » ita est.

1464 a Bartholomaeus Forrelli Prior. -


« Hic Domini per ch. 1464 proficitur tunc hospes in domo Vallis S. Georgii. Profuit ut patet  
 ultra annum 1467, et translatus est ad domum Ligeti circa annum 1468 quam jam diu  
 rexerat. Deinde ex Priore Ligeti factus est Prior D. Bellilariici quam regerat anno 1469  
 in m. astro. De eo iterum, infra. » ita est.

Joannes De Podio Cessandi Prior. -

« Hic anno 1455 ex claustris Vallis Vinidis huius professionis ad regimem D. Durbonis assump-  
 -tus est per ch. Sed ad eum non accessit ut suo loco probavimus, sed anno 1458 per ch. profec-  
 -tus est Domini Belnoe usque ad annum 1460, quo electus Prior Divisionis in acta visitationis  
 in junio factae, in officio perseveravit usque ad annum 1464 quo deponitur per visitatores,  
 et se recipiens in hanc domum, Luviniaci ibidem remansit usque ad capitulum gen. anni 1465,  
 per quod mittitur ad domum Pratece; et anno 1466 datur ei licentia veniendi ad Priores D.  
 Divisionis qui auctoritate capituli gen. habeat eum collocare in aliquâ domo Ordinis infra  
 provinciam suam, vel extra ad consolationem suam; et super his quae preter servare apud  
 se committitur Priori Divisionis ut auditis ejus rationibus, quid convenire tunc visum fuerit  
 habeat determinare. In supra dictis patet predictum Joannem De Podio non profuisse  
 hinc domum anno 1461 ut Appollotius habet, qui citat tabulas domus in quibus certè  
 errorem inepisse dicendum est. Propterea cum nobis non constet de successore Bartho-  
 -lomei, qui successor absolutus est per ch. 1471. Hinc non absurde conjicimus dictum  
 Joannem De Podio profuisse post Bartholomaeum, et propterea ad eum referendum esse  
 chartam anni 1471, in qua Priori firmata. Obiit in domo huius professionis et signatus  
 in ch. 1481. » ita est. -

1471 a 1480. - Bartholomaeus Forrelli Prior. -

« In tabulis domus semper cognominatur Forrel. In Priore D. Bellilariici secundo  
 fuerat. »



proest huius Domus institutus per ch. 1471. Sub eo facta est visitatio anno 1479, et tunc erant tantum, duo monachi cum profato Priore, qui per ch. 1480 absolutus, simplex monachus remansit in hac domo, tertio postea profecturus. » ita est.

1480 à 1481. — Stephanus Sandilionis Prior. —

« Huius institutio legitur in charta anni 1480, his verbis: Priori D. Luvigniaci sitinia et profectus in Priorem dictae Domus D. Stephanus, Sacristanus, D. Vallis viridis. Et de domo quae est in Castellione in ruina, quae pertinet dictae Domui Luvigniaci, quam pro centâ summa pecuniae semel tradenda, et certo censu annuo vult reedificare Stephanus Poulomp, committitur Priori et conventui dictae D. Luvigniaci cum consilio Prioris Belnoe, ut Prior nonus pecunias D. in deposito existentes non exponat sine consilio conventus sui et Prioris Belnoe convisitatoris. Summa pecunia<sup>ca?</sup> (de qua p<sup>er</sup>mentis) erat trecentorum octoginta francorum, sicut legitur in libro visitationum. — Anno 1481 absoluitur Stephanus, et anno 1483 fit Prior Pratece ubi obiit ex ch. 1488, olim etiam Prior Bellitarici. » ita est.

1481 à Bartholomæus Forrelli Prior. —

« Tertio profectus per ch. 1481 tunc monachus huius D., sed paulo post resignavit, huius obitus reperitur in ch. 1483. Fuit etiam bis Prior D. Legeti. » ita est.

Hugo Grignard Prior. —


« Nominatur Prior in tabulis D. ad annum, 1481, 4 maii. In ch. 1482 Priori huius D. sitinia, sed utrum de Hugone vel de Bartholomæo hoc sit dictum, non constat, potest enim fieri quod Hugo profuerit ante Capitulum generale anni 1481. De eo adhuc infra. — » ita est.

1482 à 1483. — Joannes Cabot Prior. —


« In procuratore Fontis B. Mariae Prior Luvigniaci designatur per ch. 1482, et eodem anno mortuus est, et ponitur in ch. 1483. » ita est.

1482 à 1488. — Petrus de Baumette Prior. —

« In chartis semper dicitur de Baumetta, Cabotio successus est anno 1482, profectus Divionis. De eo centies mentio in tabulis ad annos 1483. 84. 85. 86. 87 et 1488, quo anno per ch. ad regimen Belnoe transfertur, ubi et mortuus est anno 1495, 20 nov. ex ch. 1496. — Anno 1487 libertates huius D. profectus Prior constantiter tutus est contra Episcopatus Lingonensis officios, obtenta etiam ab ipso Episcopo confirmatione pendat.



fundationis et privilegiorum, quae olim approbaverat Guillelmus de Poitiers Episcopus  
anno 1345, ut suo loco retulimus. Hujus confirmationis literae sunt sequentis tenoris:  
1487. — Joannes d'Amboyse Dei et S. Sedis Apostolicae gratia Episcopus Dunelmensis  
ac Per Franciae Christianissimae Principis Domini nostri Francorum,  
Regis in Ducatu et Comitatu Burgundiae ac partibus illis adjacentibus Generalis  
locum tenens, Universis et singulis praesentibus et posteris salutem in Domino sem-  
per amantem. Motum facimus quod nos visis et diligenter inspectis literis bonae memo-  
riae Domini Guillelmi quondam, Lingonensis praedecessoris nostri ejus sigillis sigillatis, quibus  
haec nostrae praesentes affiguntur, expositoque nobis pro parte Religiosorum virorum Prioris conventus  
fratrum et religiosorum Domus Luvigniaci Cartusianis Ordinis nostrae Lingonensis Diocesis, quod  
citra et in prejudicium contentorum in eisdem literis, a nonnullo tempore citra vel circa Trans-  
tor seu Procurator fiscalis curiae nostrae officialis Lingonensis in domibus et grangis con-  
ventus religiosorum, quondam, eorum servitorem, seu agricolam, prisonarium nostrorum, fecit et  
constituit, ac in carceribus nostris mancipavit, vel mancipari et delineri fecit, a domibus et gran-  
gis eorundem extrahendo, et in dictis carceribus nostris mancipando, quidamque client seu  
serviens bailliatus nostrae Lingonensis citra Albiac, nonnullos eorundem religiosorum servi-  
tores, firmarios, emodiatores et agricultores, praeter et citra contentum, dictorum Prioris et  
religiosorum super bonis et rebus dictorum, servitorum, familiarum, et agricultorum, executio-  
nem fecerat, hujusmodi bona per justitiam capiendo, et impediendo in praedictis eorum domibus  
et grangis, ac praedictum Procuratorem, procuratorem dictae Domus et religiosorum postmodum,  
ad instantiam procuratoris nostri in dicto bailliatu, ad comparandum coram Baillivo nostro  
dicti bailliatus apud Sargy, castrum nostrum, citaverat seu adjournaverat, sic eisdem  
religiosos inquietando, molestando ac injuriando, et eos perturbando indebitè et injustè. Cas-  
dem literas et contenta in eisdem omnia et singula tanquam rite, justè et salubriter facta,  
et pro augmentatione Divini cultus in respectum, et contemplationem praedecessorum nostrorum,  
et ut participet timus in orationibus, servitiis et suffragiis dicti Ordinis, et maxime dictae  
Domus Luvigniaci, haec omnia et singula in dictis literis contenta laudamus, ratificamus,  
approbamus et perpetuo confirmamus, nostram in his auctoritatem interponendo, pariter et  
decretum, ac praemissa hic per dictos nostros promotorem, procuratorem, ac clientem seu ser-  
vitantem, facta et perpetrata in prejudicium privilegiorum et libertatum, dictae Domus et Religio-  
-orum.



... eorum revocando prout et revocamus serie presentium, silentiumque perpetuum de et super  
promissis injuriis et molestiis dictis Religiosis et eorum, servitoribus illatis, praedictis officiali  
nostro Promotori, baillivo, procuratori et aliis officiariis nostris in spiritualibus et temporalibus  
imponendo, prout et perpetuo imponimus per presentes. In iuris rei testimonium, sigillum  
cameracae nostrae literis presentibus junximus apponendum. Datum, et actum, in castro nostro  
de Moucyo Episcopi die ultima mensis octobris anno 1487. - 33

1488 a 1489. — Remigijs Boucher Prior. —

« Facta commutatione, ex Priore Belnois et Priore Luvigniaci per ch. 1488. Vix uno anno  
profuit et absolutus est. De eo iterum infra. » ita catol.

1489 à 1494. — Hugo Grignard Prior. —

« Idem de quo supra, erat Prior anno 1489, 8 januarii; 1491, die 12 aprilis et 1494 quo in  
visitatione facta 31 sept. deponitur. Obiit in domo Divisionis suae professoris, cujus olim rector  
extiterat, et Prior Bomphessus et Belnois. Signatur in ch. 1534, in qua dicitur obiisse 2 Dec.  
anni videlicet 1523. » ita catol.

1494 à 1495. — Remigijs Boucher Rector. —

« In acta visitationis proficitur anno 1494 in septembri, tunc Vicarius Pratoe, et in comitijs  
anni 1495 absolutus fit Vicarius Luvigniaci. Obiit vicarius Belnois anno 1511, 11 januarii,  
alias vicarius monialium, De Poletons et Durbonis ex ch. 1511. De eo adhuc infra. — Erant  
anno 1495 quinque monachi et unus novitius, et duo conversi. » ita catol.

1495. — Hugo de Brolio Prior. —

« Professor Divisionis et olim ibidem, Prior et provinciae Convisitator regimini Luvigniacensi;  
admoventur per ch. 1495. Sed in mense Augusto sequenti, die videlicet 15, officio et vita  
privatur ex ch. 1596 (1496). » ita catol. —

1495 à 1496. — Remigijs Boucher Rector. —

« Sic ut vidimus supra ex Rectore factus est Vicarius per ch. 1495. Unde coniectio quod  
post mortem Hugonis de Brolio iterum institutus est Rector et in comitijs sequentibus resti-  
tutus Vicarius, nam in ch. 1496 sic legitur: Rectori Luvigniaci fit m<sup>ra</sup> . . . . et Rector abso-  
lutus exerceat officium vicariatus ibidem ad ordinis voluntatem. » ita catol.

1496 à 1497. — Algidius Mantaille Prior. —

« Professor Parisiensis ex Priore Rothomagensi fit Prior Luvigniaci per ch. 1496. Et per ch. 1497

an  
li  
s  
to

cc.

tis

ensi

od

ti-

bo-

497

221-

restituitur regimini Rothomagensi ubi obiit ex ch. 1508. Olim Prior Vallis S<sup>t</sup>i Georgii  
et Prætor. » ita est.

1497 à 1502. — Petrus Le Plat Prior. —

« Professus et procurator Percei per ch. 1497 instituitur Prior, et post annos quinque trans-  
fertur ad gubernandum Penneterum, per ch. 1502. Obiit procurator Percei 29  
juli 1519, ex ch. 1520, olim Prior Vallis Dei et Belnæ. » ita est.

1502 à 1511. — Philippus Charron Prior. —

« Professus Parisiensis, erat Vicarius in hac Domo anno 1489, cui per ch. jubetur  
ut perderet in dicto officio pro bono obedientie. Tandem factus est Prior ex simplici  
monacho per ch. 1502, et profuit usque ad mortem, quam oppetit anno 1511, 9 septemb.  
et signatur in ch. 1512, alias Prior Vallis profundæ. Sub eo fuerunt sex monachi,  
unus conversus et Donatus unus. » ita est.

1511 à 1512. — Nicolaus Fournier Rector. —

« Inat hospes in hac Domo anno 1509, quo per ch. instituitur procurator Salebarum.  
Post obitum D. Philippi Rector hujus D. et in comitiis anni 1512 absolutus, vicaria-  
tum accepit, deinde officium procuratoris in quo obiit ex ch. 1526, die 23 maii. Et  
in ch. dicitur professus hujus D., sed post eam secundæ professionis, nam in charta 1509  
dicitur hospes. » ita est.

1512 à 1536. — Germanus Massiot Prior. —

« Monachus professus Vallis viduus Rectori successit factus Prior per ch. 1512, in qua  
Patres ordinis eum adhortantur ut insigilet circa reformationem Domus in utroque statu.  
Profuit ac multum, profuit usque ad obitum, qui signatur in ch. 1537. Fecerunt sub  
ejus regimine octo monachi et aliquando novitios recepit. Erant tunc in claustris duo-  
decim, cellæ. Et domus floruit in utroque statu. » ita est.

1536 à 1537. — Joannes Mallet Prior. —

« Paucissimo tempore profuit nam ejus obitus signatur in ch. 1537 cum Germano  
Massiot qui ad huc vivet et proceat anno 1536 in junio, quo facta est Domus visitatio.  
Et Joannes professus Parisiensis et obiit paulo ante Capitulum gen. anni 1537. » ita est.

1537 à 1539. — Guillelmus de la Roche Prior. —

« Domini Luvigiaci (sunt verba chartæ 1537) proficimus in Priorum D. Guillelmus de la  
Roche.

2  
6  
5  
3  
a  
2  
1  
2

Roche (alias de la Mohe) propterea ab officio vicariatus Domus Sacerdotum, absolutus, sub eo facta est visitatio anno 1539, 16 Aprilis. Erant tunc sex monachi quorum unus solus erat professor ejusdem Domus. — Obiit dictus Guillelmus in prioratu Bosserville, olim Prior Beloe hujus professionis ex ch. 1548. Proerat adhuc Luigniaco 1539, 5 maii. » ita est.

1539 à 1540. — Joannes Ogerius Prior. —

» Proerat anno 1540, 5 aprilis ex tabulis Domus et in officio defunctus est ut constat ex ch. 1541, alias Prior Domus Belensis. Anno 1540 Prior hujus Domus mandat Capitulum gen. ut opus Cluniese egregie inchoatum, studet diligentius impleri ad Dei et Ordinis honorem, et Domus ipsius securitatem. » ita est.

1540 à 1541. — Nicolaus Fleuriot Rector. —

» Professor Prætor et procurator hujus D. quam rexit a morte Ogerii usque ad Capitulum 1541, in quo obiit in his verbis: Rectori Luigniaco ad suam instantiam fit missa, et proficimus in Priorem dictæ Domus Joannem Gaultier S. Parci professum, et Rector absolutus ibidem exerceat officium procuratoris prout hactenus laudabiliter fecit. Postea hospitatus est in Domo Vallis S. Georgii, unde ad Domum Prætor rediit per ch. 1562 et ibidem obiit procurator ex ch. 1570. Fuerat etiam vicarius in hac Domo Luigniaco. » ita est.

1541 à 1547. — Joannes Gaultier Prior. —

» Professor Parci Prior instituitur per ch. 1541, et anno eodem, juxta stylum gallicum in principio februarii facta est visitatio et in charta Visitatorum prefatus Prior dicitur vir religiosus et in multis commendatus, et anno 1543, in novembri visitatores rursus, lustrantes Domum, invenerunt eundem Priorem probe et religiose se habentem, in utroque regimine, sed notatum de tenacitate: monachos quoque septem (inter quos unus tantum erat Domus professor) laude dignos peniter et convertum. Anno 1547 prefato Priori facta est missa propter infirmitates suas fore continuas. Reversus ad Domum Parci ibidem, extramuram clausit diem, anno 1551, 8 aprilis, ex ch. 1551. » ita est.

1547 à 1550. — Robertus Guyot Prior. —

» A Rectoratu S. D'Anray absolutus Prior Luigniaco nominatur per ch. 1547. Ad anno 1550 ad suam instantiam depositus vicarius, egit in hac Domo. Obiit in Domo Sennetarium hujus professionis cujus extiterat Prior. Ex ch. 1565. Obiit 3. octobris 1564. » ita est.

Aug 1924 n=7 -

1550 à 1563. <sup>in</sup> Abel Poyen Prior. —

« A Prioratu Bellularici deponitur et Prior hujus <sup>de</sup> instituitur per ch. 1550. De lo sit men-  
tio in tabulis ad an. 1555 et 1556. Precepit usque ad annum circiter 1563, translatus ad  
regimen S. Divisionensis. Obiit nonagenarius habens plenum monachatum. De eo item infra <sup>videtur</sup>.

1563. Nicolaus Croytard Rector. —

« Erat Rector anno 1563 ex tabulis. Obiit procurator domus suae professionis Pruteae  
cujus <sup>etiam</sup> regimen aliquando tenuerat, ex ch. 1572. Ad hanc domum accesserat per ch. 1559  
ex domo Bellularici ubi habitabat et olim fuerat procurator institutus per ch. 1553. » ita est.

1564 à 1567. — Jacobus de Censavoit Prior. —

« Professus Fontis B. illarise, erat Prior ex tabulis annis 1564, 65, 66, et 1567, quo anno ad  
instantiam conventualium Vallis Dei per ch. eis datus est Prior. Obiit in prioratu S. Avenionis  
et in officio visitatoris provinciae Provinciae anno 1586, 23 februarii, olim Prior hysce benedictae. » ita est.

1567 à 1568. — Franciscus Bigot Prior. —


« Professus et procurator Parci Jacobo sufficitur per ch. 1567, et anno 1568 per ch. trans-  
fertur ad Vicariatum Salutarum. Eius obitus signatur in ch. 1587. Olim Prior Fortarum,  
Bonipetris et Durbonis. Anno 1568 in incendio haec domus fuit combusta ab hereticis. » ita est.

1568 à 1571. — Joannes Chappuis Prior. —

« Erandato S. Francisco Capitulum gen. mandavit per eundem chartam, 1568 Visitatoribus  
ut quamprimum provideant de Rectore: et S. Jacobo professo hujus domus ut cum procura-  
tore sollicitet et custodiat bona et negotia domus. Anno 1569 Rectores hujus domus  
hortantur Patres ut duos religiosos in domo sua recolligat: quod si propter tumultus nos  
possint domi residere, simul se recipiant in locum commodiorem et tutiorem, ibique  
religiose conversentur. Hic autem Rector videtur esse S. Joannes Chappuis qui reperitur  
in tabulis ad annum 1569, 4 septembris et 1570, quo anno Rector per ch. profectus est in  
Priorem, quem hortantur Patres ut mansuetior ac benignior sit erga suos. Deinde abso-  
lutus revertitur in domum Divisionensem suae professionis, ubi obiit. Et signatur in charta  
anni 1572. Olim quoque Prior Vallis S. Georgii. » ita est.

1571 à 1572. — Tristanus de Laon Prior. —

« Professus Parisiensis circa annum 1571 profectus, et anno 1572 per ch. absoluitur, et insti-  
tuitur Prior Rosce a qua etiam deponitur, obiit in domo suae professionis ex ch. 1580. » ita est.



1572 à 1574. — Mauritius de Sain Prior. —

« Professus et procurator Parisiensis, Prior Luvigniaci Designatur per ch. 1572. In officio mortuus est ex ch. 1574. Olim Prior Rosoe et Bassoevillee. » ita cat.

1574 à 1590. — Abel Poyen Prior. —

« Sic opportune inopportune absolutionem a Prioratu Divionensi obtinuerat anno 1572, 22 septembris, Parisiosque repetebat, sed mortuo Mauritio rursus, s'ocinam humeris imponere cogitavit. Quanta vero fuerit meriti innotescit ex charta anni 1590, in qua absolvitur a prioratu, et commendatur his verbis: « Priori S. Luvigniaci De Ordine et dicta Domo et Divisionis ac Bellivariensi bene merito ob suam decapitanam, octatam, fere unum non ager annis est, fit mita. cui volumus et mandamus provideri tum in iis que ad rictum pertinent, quam in aliis ita liberaliter et suaviter quam bene promeretur, deputato illi et ad obsequium famulo etiam si non petierit, Religioso autem ad officium si petierit, sive manere eligat in dicta Domo, sive ad propriam, <sup>parisiensem</sup> vel aliam, quamcumque Ordinis migrare eligat. Et instituimus in Priorem dictae Domus S. Simonis, Morel procuratorem dictae S. Parisiensis, quem hortamur in Domino ut vestigiis sui predecessoris insistens, statum temporalem dictae S. fideliter administrat, fideliter conservet: spirituales vero, si aliquid illi desit, viriliter restauret; cui propterea effectum praedictae commendationis commendamus etc. . . Anno vero 1591 novo Rectori commenda-  
-mus omnimode venerandum servium S. Abeli Poyen in quibuscumque rebus opportu-  
-nis eguerit remediis ad marum infirmitatem, sublevationem propter senectutis  
-que incurabilis est, prout bene meruit, huius obitus denunciatur in charta anni 1592  
-ex qua conjicio eum obisse in domo Vallis viridis. Habuit plenum cum ps alterius mona-  
-chatum, et sancti anni de B<sup>te</sup> Maria per totum ordinem. » ita cat. obiit 1 nov. 1591.

1590

Simon Morel Prior. —

« Hinc Abeli suspectum, jam vidimus supra ex ch. 1590, quomodo ad commissam Domum non accessisse constat ex ch. 1591, in qua sic habetur de eius absolutione: S. Simonis Morello per capitulum, quomodo anni proteriti instituto Priori S. Luvigniaci non valenti tuto accedere ad dictae S. gubernationem, vel ibidem manere sine probabili vitae periculo fit mita, et restituitur officio et honori imo oneri primi procuratoris Domus Parisiensis suae professionis etc. . . De eo iterum, infra, » ita cat. —



1590 à 1592. — Michael Pelletier Rector.

« Anno 1590, 29 septembris ex commissione speciali R<sup>mi</sup> Patris facta est visitatio per Dionysium Guillebon Priorem Beluae cum Jacobo Dionysio ejusdem Domus Vicario in collegam assumpto, Michaele Pelletier ibidem jam Rectorem agente; et monachi qui tunc temporis degabant Receyi revocati sunt ad Divionem, officiorum pensas olivanda. Rectorem vero post abolitionem Simonis Morel sic alloquenter diffinitores per ch. 1591: Cujus Domus Luvigniaci Rectorem instituimus S. Michaelem Pelletier vel potius continuamus, ei plurimum commendantes Domus restorationes, maxime in spiritualibus: cui providet Prior Parisiensis de religiosis in timore Dei et observantia regulari educatis usque ad septennarium numerum, comprehensis his, qui jam in domo sunt, ut pote plenius informatos, qui et quales eidem Domui magis conveniant pro reformatione regularis observantiae. Mittendos vero paterne monemus et hortamur in Domino ut praedictae dispositioni et intentioni, quae est reformatio dictae Domus, abunde satisfaciant. Idem dicimus de duobus conversis. Et praedictas declarationes, et admonitiones extendimus ad similes Domorum personis vacuarum praesentium, sine gravatibus, exonerationibus etc.

Porro Michael Pelletier obiit procurator Divionis huius professionis ex ch. 1602. » ita cat.

1592 à 1593. — Simon Morel Prior.

« Rursum institutus per ch. 1592 his verbis: S. Simonem Morel confirmamus in Priorem Domus Luvigniaci, et quatenus opus est de novo instituimus In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Commendantes illi observantiae regularis in praedicta domo restitutionem, et pacis reintegrationem, intus et foris, in quibus se exhibeat in vivum exemplum, prout de ipso speramus, » sed quia sine vitae huius periculo (sunt verba chartae anni 1593) vel dictae Domus Damno non potest ibidem residere fit ei mita. Obiit hospes in Domo Apponiaci olim Prior Boni Locii ex ch. 1613. Habuit mita an. de B. Mariâ per 161. ordinem. » ita cat.

1593 à 1594. — Ludovicus D'Averly Prior.

« Olim monachus Ordinis Cisterciensis deinde profectus et Prior Domus Avenionis, a qua per R<sup>em</sup> Patrem assumptus est et creatus in novum procuratorem, generalem, et sedes exposuimus in Domo Avenionis, et per ch. 1593 institutus Prior Luvigniaci his verbis: Prior Luvigniaci ob ut supra fit mita, et profectus in Priorem dictae Domus S. Ludovicus D'Averly ab officio procuratoris generalis (non Romae sed per Gallias) aboletum, cui plurimum commendamus utrumque

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

statum, domus et maxime spiritualis. Uno tantum anno profuit absolutus per ch. 1594.  
Deinde Prior Montrosoli ac tandem, Durbonis ubi mortuus est anno 1609 ex charta ejusdem, scilicet

1594 à 1602. — Jacobus choard Prior. —

« Professus Vallis viridis tunc vicarius Borboniensis per ch. 1594 Ludovico subrogatus, de quo frequens mentio in tabulis ad an. 1596. 97. 98. 1600. 1601 et 1602, quo anno per ch. ad man. instantiam, fit m. a. ut restitatur ad domum Parisiensem, ubi obiit ex ch. 1613. » ita est.

1602 à 1624. — Nicolaus Parrain Prior. —

« Professus domus Rosoe, quae destructa, hospitatus est in domo Borbonensi usque ad annum 1595, quo per ch. institutus est vicarius Luigniaci et quadriennio post procurator, ac tandem per ch. 1602 Prior, in quo officio viginti duobus annis continuis strenue et laudabiliter perseveravit. Cujus opera et studio indefesso acquisita sunt huic domui opera memoriae de Recego, Grangia item major extracta, vetera aedificia magnis sumptibus restaurata, cella signata litera I. a fundamentis extracta, vinea plantata in vertice combe, Magna de Lengy per commutationem, acquisita. Ipse etiam summa devotione summoque labore nullis parcens expensis tabernaculum ligneum in majori altari construendum, insurandum, et picturis hinc inde variis exornandum curavit anno 1620. In prioratu obiit paulo ante Capitulum generale anni 1624. — » ita est.

1624 à 1639. — Jacobus Baudouin Prior. —


« Post mortem D. Nicolai nullus profectus est usque ad Capitulum generale et ibi designatus est Prior D. Jacobus Baudouin, professus et procurator Rosoe, profuitque usque ad obitum, qui signatur in ch. 1640. — » ita est.

1639 à 1645. — Dionysius Clerment Prior. —

« Professus domus d'Auray, ex procuratore hujus d. in Rectorem, a R<sup>do</sup> Petro super annum 1639 et a Capitulo genti in Priorum institutus est anno 1640. Per ch. 1645 absolutus et mittitur ad domum Parisi procuratorum, acturus. Obiit antiquior et coadjutor domus in ea professionis ex ch. 1672. — »

1645 à 1667. — Philippus Covert Prior. —

« Professus et procurator Rosoe per ch. 1645 factus est Prior Luigniaci. Redditus annuus auct sua parimonia. Obiit in officio anno 1667, 13 junii. Habuit missam de B<sup>ta</sup> Maria per totum Ordinem ex ch. 1668. — » ita est.



1667 à 1676. — Eustachius Marie Prior. —

« Professus Borboniensis, ex procuratore hujus D. instituitur Prior a R<sup>do</sup> Patre anno 1667, et novennio post per Capitulum generale anni videlicet 1676 absolutus a prioratu, procurator Vallis S<sup>te</sup> Georgii creatus est. — » ita est.

1676 à 1678. — Carolus Le Bret Prior. —

« Olim Prior Montis Dei & Picardie per multos annos visitator, tunc Prior Parisiensis <sup>1676</sup> transfertur ad regimen Luvigniaci per ch. 1676, annum agens septuagesimum nonum. (v. finit. l'écriture de D. Lebrun) — Anno 1678 delegatus a R<sup>do</sup> Patre ad visitandas domos Villanove et de Assilore, peractis visitationibus correptus febre in certoria Villanove, cum fessis et deportatus ad Domum Vallis bone ibidem, vitæ usum, absolvit die 8 octobris supra dicto anno 1678. Habuit plenum curam per alterius monachatum, missam de B<sup>te</sup> Mariæ et anniversariis per tot. Ordinem et agenda singularem, eo quod obierit in visitatione. — » ita est.

1678 à 1694. — Alexius Hugon Prior. —

« Professus Belvae, Procurator Luvigniaci anno 1678 a R<sup>do</sup> Patre in locum Caroli substitutus die 27 octobris 1678, (c. d. Levesneur qui a écrit les quelques lignes précédentes) et consistator prioris in generalibus comitiis 1692, profuit usque ad annum 1694, quo per ch. Capitulum designatus fuit ad prolationem Domus Recensis. — » ita est.

1694 à 1701. — Bartholomæus Collard Prior. —

« Professus D<sup>i</sup> Borbonensis et procurator D<sup>i</sup> Rothomagi, in Capitulo anni 1694 proficitur in Priorem hujus eremi. Anno vero 1701 per ch. nominatus fuit Prior dictæ D<sup>i</sup> Rothomagensis, ita est. —

1701 à 1704. — Gabriel Brulefer Prior. —

« Professus et Prior <sup>1698-1701</sup> Divionis in supra dicto Capitulo 1701 ad hanc domum translatus fuit, et post triennium regimen, ad hanc instantiam, a pastoralis sarcinâ exoneratus, remittitur ad domum hanc professionis, in qua obiit iuxta ch. 1709. — » ita est.

1704 à 1705. — Franciscus de Sanlecque Prior. —

« Professus et procurator D<sup>i</sup> Parisiensis anno 1704 per Dispositionem Capituli generalis assumitur ad prolationem Luvigniaci, ubi post breve regimen obiit circa finem <sup>1705</sup> anni 1705, habens missam de B<sup>te</sup> Mariâ per totum Ordinem. — » ita est.

e

l

5

7

3

4

u

d

1706 à 1723. — Augustinus Moignat<sup>and</sup> Prior. —

« Professus D. Borbonensis 9<sup>o</sup> junii 1706 a R<sup>o</sup> Patre datus Pastor hinc Domus orbatæ, in quâ profuit usque ad Capitulum, anni 1723, in quo translatus fuit ad prelationem D. Borbonensis. — » ita est.

1723 à 1724. — Benedictus Houasse Prior. —

« Professus et Procurator domus predictam ch. anni 1723 in locum S. Augustini substitutus ex mandato Capituli generatis (1724) transit ad Prioratum, domus Valli S<sup>ti</sup> Georgii. — » ita est.

1724 à 1725. — Philibertus Brunet Prior. —

« Professus D. Villanove, a prelatione D. Aguentis assumptus, per chartam Capitulari-rem, anni 1724 instituitur Prior hujus domus, sed paulo post, id est 19<sup>o</sup> januarii propter suas infirmitates ad hanc maximam instantiam absolutus eodem mense <sup>et 25<sup>o</sup> Januarii 1725</sup> ibidem obiit. <sup>Les lettres lui faisant miséricorde n'en</sup> habuit missam de B. Maria per tot Ordinem. — » ita est. <sup>révisèrent à Ligny que le 31 Janvier.</sup>

19<sup>o</sup> Jan. 1725 à 1725, 4<sup>o</sup> Aug. — Emmanuel Varenard Prior. —

« Professus D. Villanove et coadjutor hujus castri de Lusigniaci, 19<sup>o</sup> januarii 1725 fit ibidem Prior <sup>per possessione la 1<sup>re</sup> Février</sup> ex mandato R<sup>o</sup> Patris, qui 4<sup>o</sup> augusti eum revocavit et profecit in Priorem, Sylve benedictæ. — » ita est.

1725 à 1731. — Petrus Lambert Prior. —


